

Hanc diſciplinam multis adſtruxi & late expoſui in Diſſertatione De Canonicoſum Instituto *parte 2. cap. 2.* atque imprimis §. 2. eam pluribus priſtimis Canonibus, & Patrum teſtimoniis præfertim S. Cypriani & Baſilii adſtruxi. Deinde §. 3. eam à S. Gregorio multis locis expreſſam & inculcatam fuiſſe; ac ſignanter *lib. 3. Epistol. 26.* ſcribente Januario Epifcopo Calaritano; ubi una teſtatur; hanc irregularitatem ſacris Canonibus jam pridem fuiſſe firmatam: "Pervenit etiam ad nos (ait) quofdam de ſacris Ordinibus lapſos *vel poſt penitentiam*, vel ante ad Officii ſui miſterium revocari, quod omnino prohibemus, & in hac re ſacraſſimi Canonibus contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacerdotium lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacerdotii Ordine ita careat ut ad miſterium ulterius non accedat.

Verba Gregorii reſtulit Gratianus *diſt. 50. Can. 9.* ibid. *Can. 10.* & 11. alia ejuſdem Pontificis verba in eam rem ſubjiciens.

Eodem loco eandem diſciplinam à S. Martino Papa in epifſtola ad S. Amandum Epifcopum Trajectenſem forſiter inculcatam demonſtravi: in qua præ cæteris hæc notanda: "Nam qui ſemel poſt ſuam Ordinationem in lapſum ceciderit, *deinceps jam depoſitus erit, nullumque gradum Sacerdotii poterit adire: ſed ſufficiat lamentationibus, & ſtetibus alliduis quoniſque advixerit in eadem poenitentia perſiſtere*, ut lapſum delictum divina gratia extingueret valeat.

VI. Hanc porro irregularitatem non tantum publice; ſed & occulte in crimen præfertim carnis prolapſos incurrifſe; neque diſtinctionem inter publica & occulta crimina priſtinis Patrum ſeculis notam fuiſſe, notatum fuit.

Imò nec ſeculo XI. eam ubique adhuc receptam fuiſſe probavimus §. 7. ex B. Petro Damiani in opufculo quod *Gomorrhianum* intitulavit, ubi multis agit adverſus illos Eccleſiarum Rectores, qui prolapſos in occultiffimum pollutionis crimen poſt actam poenitentiam ad Ordines promovet; aut in ſuſceptis miniſtate poſſe aſſerebant. "Ut nobis videtur (ait *Cap. 3.*) valde præpoſterum eſt, ut conſuetudinaliter hac perulenta contagione ſædant, vel ad Ordinem provehi, vel in gradu perſiſtere audeant jam promoti. Quia & rationi contrarium & Canonibus Patrum Sanctionibus probatur adverſum. Deinde adductis nonnullis Veterum ac ſignanter S. Gregorii teſtimoniis concludit: "Patet profecto, quia quem dignum morte crimen abiecerat, quælibet religioſa vita ſuſcepiens ad ſuſcipiendum Eccleſiaſticum gradum Ordinem non reformat; nec valeat ad obtinendum honoris culmen aſſurgere, qui in mortalibus culpa barathrum non ambigitur ceciſiſſe.

Post hæc *cap. 4.* concluſionem ſuam multis adſtruit argumentis, ac dein *cap. 5.* probat, quod in reprobum ſenſum lapſi ſint, qui poſt hoc vitium [pollutionis] habere ſacrum Ordinem concupiſcunt.

VIII. Opufculum ſuum obſulit Petrus Damiani Leonis IX. Papæ; eumque enixe rogavit, ut adſcitis ſpiritualibus ac prudentibus viſis opufculum dignetur examinare, ipſique ſuper his Capitulis ita reſpondere, ut omnem de noſtro pectore (ait) dubietatis ſcrupulum tollat.

Pontifex verò ita reſpondit, ut ſatis appareat, nondum eo tempore diſtinctionem inter peccata publica & occulta fuiſſe generaliter receptam, aut à Pontifice probatam; uti ex ipſo contextu reſponſi videri poteſt, quem in citato §. reſtulit una cum reſponſo Urbani II. in quo hæc ſcribit: "De Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, qui poſt acceptum Ordinem in aliquod crimen lapſi fuerunt, *ſive palam ſive clam*, conſtat quidem Canonum cenſum ab Eccleſiaſticis eos officiis inhiberi; Tuæ tamen prudentiæ diſcretionique committimus, utrum eorum aliqui, qui tamen infamiæ

, nota non fuerint aſperſi, neceſſitate Eccleſiæ urgente, & ipſorum ſancta converſatione promerente, in ſuis gradibus recuperari debeant. Hoc autem ſecundum indulgentiam dico, non ſecundum imperium.

Hic maniſeſte ſupponit Pontifex, juxta Canonum cenſum, lapſos in crimen ab omni Ordinum uſu in perpetuum, etiam poſt actam poenitentiam eſſe excluſos, ſive palam ſive clam crimen commiſſum fore, eamque diſciplinam necdum tunc fuiſſe abrogatam.

IX. Ex hoc interim reſponſo videmus, quod diſpenſandi facultas Epifcopis attribuere, ut neceſſitate Eccleſiæ urgente, & ſancta quorundam converſatione promerente, lapſi in crimen functionibus Ordinis reſtituerentur; modo nullam infamiæ eſſent aſperſi; id eſt, ſi crimen eſſet occultum.

X. Et ſane à ſeculo nono circiter quædam inter crimina *occulta* & *publica* diſtinctione adhiberi cepit; idque occasione trium epifſtolarum, quas Pſeudo-Iſidorus Callixto I. Sancto Gregorio ad Secundinum, & S. Iſidoro ad miſſanum ſuſpoſuit; quemadmodum late oſtendi in citata Diſſertatione §. 4. & 6.

Cum enim in antiquis Canonibus & Patribus legetur, prolapſos in crimen ab Ordinum uſu in perpetuum eſſe excluſos; in his verò epifſtolis (quarum fictio ſeu ſuppolitio nondum detecta erat) diceretur, lapſos poſt actam poenitentiam reſtatu ſuis functionibus poſſe, ut hæc conciliarentur, adhibita fuit hæc diſtinctione, ut lapſi quidem publice ſeu palam in crimen perpetuo excluſi cenſerentur; at lapſi occulte ſive clam poſt peractam condignam poenitentiam, & obtentam à Sacerdote criminis remiſſionem, ad Ordinum ſuorum functiones redire poſſent.

XI. Gratianus alios Canonum Collecſtores ſequenti variis Canonibus & Patrum ſententiis, qua lapſos indifferente à functionibus Ordinum excluſebant, reſtulit; unâ referens quoque fictitias illas epifſtolas, quas more ſuo ad concordiam revocare volens hanc diſtinctionem aſſumpſit, eamque his verbis expreſſit: "Poſſunt ſic diſtingui præmiſſæ auctoritatis. Quoniam enim crimina *manifesta* ſunt, ante vel poſt Ordinationem, à SS. Ordinibus deſiciendi ſunt: quorum autem peccata *occulta* ſunt, & ſatisfactione ſecreta ſecundum Sacerdotis edictum purgata, in propriis Ordinibus remanere poſſunt." *Diſt. 50. poſt. Can. 23.*

XII. Præeunte autem Gratiano hæc diſtinctione paſſim à Canonis recepta & tradita fuit; atque ita ſenſim in Eccleſiæ quoadmodum diſciplinam tranſiit.

Itaque juxta modernam diſciplinam, crimina publica ſive maniſeſta priſtinæ irregularitati obnoxia manent; ut qui ante vel poſt Ordinationem ea commiſerint, à SS. Ordinibus deſiciendi ſint; hoc eſt, à functionibus Ordinum ſuſpendendi neque ad Ordines ſuſcipiendos admittendi. Rationem ſeculo undecimo dedit S. Ivo, qui etiam probans dictam diſtinctionem, atque conformem et ad illam cenſens. Clericum lapſum poſſe reſtatu addit hanc cautionem: "Si tamen *publicam* non egerit poenitentiam. Talibus enim ideo Clericatus denegatur, quia ab inſidiatoribus divinis Sacramentis pro hujusmodi derogatur, & ſimplicium animus aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

XIII. Ipla ergo publica & maniſeſta crimina ipſum criminofum irregulare faciunt, eo quod ſine ſcandalo, multorumque offenſione, ob infamiæ ex crimine contractam ſacris miniſtrare nequeat.

Unde tamen juxta modernam diſciplinam, nonnulli quædam ſpeciaticum in jure expreſſa crimina propriè irregularitatem inducant; tamen publica ac maniſeſta crimina ratione infamiæ, qua ipſum reum aſpergunt, ſpeciaticam irregularitatis cauſam: juxta *Cap. 87. De Regulis Juris in 6.* "Infamiſſis portæ non pateant Dignitatum.

XIV. Hanc regulam non tantum de infamiæ juris ſed,

etiam facti intelligendam eſſe notant Canonice, ſequenti Gloſſam ad dictam Regulam, Verbo *Dignitatum*, ubi eam de utraque infamiæ interpretatur: "Cum dignitatibus participare non debeant infames *quasumque* infamia: " citantique antiquiorem Gloſſam marginalem addit: "Et ut dicit, non ſolum impedit præfici: ſed etiam facit removeri à Dignitatibus habitis.

Et in *Cap. ſim.* De Teſtibus dicitur, quod "accuſati de crimine, niſi prius ſe probaverint innocentes, à ſuſceptione Ordinis repellantur. " Quod non eſt, niſi quia pendente accuſatione ſunt infames infamiæ facti, inquit Avila de Cenſuris *parte 7. Diſt. 4. dub. 5.*

XV. Ulterius quoad prolapſos in crimen *occultum*, tamen ex moderna diſciplinâ, propriè non ſunt irregulares, tamen nec hodierna diſciplinâ eos ad Ordines admitti aut Ordines reſtatu permittit, niſi poſt actam tanto crimine dignam poenitentiam; ſive poſtquam per poenitentiam crimen eluerint; quemadmodum pluribus oſtendi in allegata Diſſertatione §. 8. ubi dein §. 9. probavi, non uno titulo crimina à Sacerdotibus commiſſa eſſe graviora & acerbiora poenitentia eluenda, quam eadem à laicis perpetrata: ac deinde ſubſequenti §. 10. prolapſorum Sacerdotum quantumvis occulte, reſtitutionem, etiam juxta hodiernam diſciplinam, debere eſſe *sardam*; eò quod ipſorum converſio ſoleat eſſe tarda.

XVI. In præcitato reſponſo Urbani II. verbis allegatis ſubnectitur: "Si quem verò, quod abſit, aut poſt acceptum officium contigerit, peremptorio quolibet eorum, qui in lege morte multantur, ſive palam, ſive clam, occupatum crimine inveniri, eos maxime qui adhuc mundo vivunt, ab omni eoſ Altaris miniſterio ſequetur.

Licet ergo Urbanus permitteret ſecundum indulgentiam nonnullos in crimen *clam* prolapſos, neceſſitate Eccleſiæ urgente, & ipſorum ſancta converſatione promerente, ſacris Ordinibus reſtatu; id tamen in gravioribus quibusdam criminibus non admittendum declarat; quod modernæ diſciplinæ non parum conforme eſt.

Tamen enim moderna diſciplinâ permittit nonnullos in crimen *occultum* prolapſos poſt actam poenitentiam & abſolutionem obtentam ad Ordines aſcendere, aut Ordinum functionibus reſtatu; nonnulla tamen crimina ſunt, qua quantumvis *clam* & *occulte* ſunt commiſſa, irregularitatem nihilominus inducunt; ipſosque criminum reos conſtituunt irregulares etiam poſt peractam poenitentiam, & obtentam à Sacerdote abſolutionem.

XVII. Hoc evidenter ſupponit Synodus Tridentina *Seſſ. 24. cap. 6.* ubi declarat, quod licet Epifcopis in irregularitatibus omnibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, qua oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, diſpenſare.

XVIII. Quod dicatur delictum *occultum*, ut ſuper irregularitate ex illo proveniente Epifcopus diſpenſare queat, aliquando dubitatum fuit; nec eadem eſt Doctorum opinio; uti videre eſt apud Barboſam De Officio Epifcopi *parte 2. Allegat. 39. num. 21.* Verius apparet, quod *occultum* hic dicatur, quod *probari* non poteſt, ſive quod planè latet, nec periculum eſt, ne id facile in publicum prodcat: atque ita poſt alios reſolvit Garcias De Beneficiis *parte 7. cap. 11. num. 46.* aliterque *num. 47.* id ſapius à S. Congregatione reſolutum, atque ſignanter reſponſum eſt: "Abſolutus vel diſpenſatus à proprio Epifcopo in materia delicti perpetrati coram duobus vel tribus teſtibus, quod tamen non fuit notorium, non eſt tutus in conſcientia; quia Concilium termino *occulti*, quod propriè loquendo dicitur, quod probari non poteſt *Cap. VESTRA* De Cohabitat. Clericor. & Mulierum; at per duos teſtes probari poteſt, & verba Concilii intelligi debent ſecundum propriam ſententiam.

XIX. Si factum ex quo orta eſt irregularitas *materiali*, *Vam Eſpan Jur. Eccl. P. 11.*

ter quidem notum ſit; ſed *occultum formaliter*, ſive in quantum eſt delictum, tunc Epifcopum vi hujus Decreti poſſe diſpenſare communi conſenſu tradunt Doctores apud Barboſam in Colleſtaneis ad citatum *cap. 6.* Concilii Tridentini *num. 30.* Et *num. 33.* exemplificat in irregularitate proveniente ab excommunicato celebrante quando excommunicatio eſt occulta, licet celebratio ſit *manifeſta*. Plura exempla referit De Officio Epifcopi *parte 2. Alleg. 39. num. 37.* & ſequentibus.

XX. Si delictum fuerit deductum ad forum contentioſum, ſed hæctenus probari non potuit, atque eatenus adhuc maneat *occultum*; ſi tamen judicium nondum ſit abſolutum, neque ſententia abſolutoria pronunciata, non poterit Epifcopus in vim hujus Decreti ſuper irregularitate ex ſimili delicto proveniente diſpenſare, ob clauſulam in Decreto additam; *exceptis aliis deductis ad forum contentioſum*; & ita à Sacra Congregatione reſponſum eſſe teſtatur Garcias loco citato *num. 47.*

At verò ſi judicium ſit finitum, & ſententia abſolutoria defectu probationis ſequuta, Epifcopum poſſe diſpenſare ibidem tradit Garcias *n. 48.* quia manet occultum; & quia non fuit deductum ad forum contentioſum cum effectu, ex quo non fuit probatum. Quare aliud eſſet, ſi judicium quidem ſit abſolutum, ſed reus per ſententiam punitus; quia revera & cum effectu fuit deductum ad forum contentioſum: ut rectè notat Garcias *num. 49.* Excepit Synodus irregularitatem proveniente ex homicidio voluntario: de qua exceptione tractabimus capite ſequenti.

Præcipua hodie ac frequentius occurrentia delicta, quibus irregularitas annexa eſt, ſunt Simonia, homicidium & hæreſis. De irregularitate ex priore reſultante agetur ſub titulo De Simonia circa beneficia; de ſecunda parte III. aliquid dicetur, de tertia verò ſpecie capite ſequenti.

XXI. Interim obſervandum, quod licet Eccleſia juxta modernam diſciplinam, non omnibus criminibus, præfertim occultis irregularitatem anneſcat, nequaquam tamen Eccleſiæ mentem eſſe Epifcopos debere criminofos, licet occultos, hoc eſt, quos ut tales probare judicialiter non poſſunt, ad Sacros Ordines admittere; quod ipſa Synodus Tridentina ſat clarè expreſſit.

XXII. *Seſſione 14. De Reformatione* in proemio docet: "Cum propriè Epifcoporum munus ſit, ſubditorum omnium vitia redarguere: hoc illis præcipue cavendum erit, ne Clerici præfertim ad animarum curam conſtituti, criminofos ſint, neve inhonestam vitam, ipſis convenientibus, ducant. Nam ſi eos pravis & corruptis moribus eſſe permittant, inquit Synodus, quo pacto laicos de ipſorum vitii redarguent, qui uno ab eis ſermone convinci poſſent, quod Clericos ipſis patiantur eſſe deteriores. Quæ etiam libertate laicos corripere poterunt Sacerdotes; cum tacite ſibi ipſi reſpondeant, eadem ſe admiſiſſe quæ corripiunt.

Ut autem Epifcopi id facilius exequantur, declarat Synodus *cap. 1.* "Cum honeſtius ac tutius ſit ſubjecto, debet, tam Præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſervire, quam cum Propoſitorum ſcandalo, graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui aſcenſus ad ſacros Ordines à ſuo Præſtato, ex quacumque cauſa etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdicitus: aut qui à ſuis Ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia, de ſe promovet faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, ſive honores, reſtituto ſuffragetur.

XXIII. Vigore hujus Decreti, eſt Epifcopo attributa auctoritas prohibendi ſuis ſubditis aſcenſum ad SS. Ordines quomodolibet, etiam extrajudicialiter ex quacumque cauſa, etiam ob *occultum* crimen. Unde ex ſententia ſacræ Congregationis corrigitur diſpoſitio *Cap. EX TENORE* De

Temporibus. Ordinas. in ea parte, in qua decernitur, criminolum occultum tantummodo commendandum, sed non prohibendum ascendere ad superiorem Ordinem. Ita Fagnanus ad citatum Capitulum num. 12. qui deinde num. 16. refert, Cap. AD AURES \S eod. Quod permittit Superioribus Regularibus prohibere subditos jam promotos, ne ascendant altiores gradus, ex sententia S. Congregationis fuisse ampliatum à Concilio ad Clericos seculares.

XXIV. Notat quoque Fagnanus ad dictum Cap. AD AURES numer. 7. In dicto Cap. 1. Sess. 14. fuisse concessam Episcopis auctoritatem etiam suspendendi criminosos occultos ab Ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus nam etsi verba illa, (ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, &c.) non sint apposita, nisi in priore parte dicti cap. 1. ubi agitur de interdictione; tamen censerentur repetita etiam in sequenti, ubi agitur de suspensione.

XXV. Ne autem Episcopi alique Praelati hac auctoritate abutantur, atque sine justa causa pro suo arbitrio, praetextu occultis criminis à Sacris Ordinibus impediatur aut suspendant, Sacra Congregatio re ad Gregorium XIII. delatâ edidit decisionem, quae postea perpetuò obtinuit in Dataria, videlicet: Quotiescumque Ordinarius recusaverit quemquam ordinare, committendum esse Metropolitanò, vel viciniori Episcopo, ut ab eodem Ordinario prius exquirat, cur recusaverit; quo causam legitimam non allegante, liceat illi eundem recusatum ordinare. Hac Fagnanus ibid. num. 22.

XXVI. Verùm Synodus Tridentina sufficienter insinuat, huiusmodi recursum non facile esse admittendum, nec Ordinarium facile in similibus turbandum; quandoquidem ad facilitatem sui Decreti executionem expressè addat: Nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus & dignitates, live honores restituitio suffragetur.

Accedit ipsius Decreti ratio in principio expressa: Cum honestus ac tutius sit subiecto, debitam Praepositis obedientiam impendendo in inferiori ministerio deservire, quam cum Praepositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem.

CAPUT VII.

De Irregularitate ex homicidio.

1. Homicidium reputatur enormissimum crimen.
2. Homicidium semper inducit irregularitatem.
3. Notissima fuit haec irregularitas.
4. Etiam ex homicidio ex quadam quasi necessitate commissio.
5. Ob defensionem vitæ etiam perpetrato.
6. Ex Penitentiali Romano Presbyter occidens in defensionem vitæ irregularis efficitur.
7. Cæpi disciplina circa hanc irregularitatem paulatim relaxari; sed quando incertum.
8. Clemens V. exceptit homicidium ob necessariam vitæ defensionem.
9. Ex decisione illa Clementis non conficitur, tale homicidium esse omnino licitum.
10. Decisio Clementis non comprehendit homicidium ob defensionem honoris, aut bonorum temporalium.
11. Neque commissum in defensionem liberorum aut parentum.
12. Quid de homicidio in defensionem patriæ?
13. Omne homicidium causat irregularitatem nisi expressè exceptiatur.
14. Homicidium inducit irregularitatem modo sit voluntarium saltem indirectè; & quandonam sit tale.

15. Ut de hac voluntarietate statuatur, expendendum, num actio ob homicidium fuisse omittenda.

16. Ostenditur exemplo Clerici Venatoris & Chirurghi.

17. Hac regula stabilitur auctoritate Bonifacii VIII.

18. Ex hoc principio plures casus resolvitur.

19. Quomodo homicidium actioni connexam esse debeat, ut actio ideo esset omittenda, generaliter determinari nequit.

20. Non requiritur, ut homicidium sit natum sapius se qui, quam non sequi.

21. Non sufficit etiam quòd natum sit frequentius se qui.

22. In dubio an homicidium fuerit voluntarium, debet se gerere pro irregulari.

23. Fundamentum hujus regulae & quomodo hoc fundamentum plures non sit attendant.

24. Decretis Synodi Tridentinae de hac irregularitate.

25. Quod dicatur homicidium voluntarium ad mentem Synodi.

26. Synodus optat, ut cum homicida voluntario non dispensetur; nec Episcopus dispensare possit.

27. Pontifex in homicidio voluntario ad obtinenda beneficia aut Ordines diffuciliter dispensat.

28. Quomodo expediatur dispensatio quoad beneficia jam obtenta, aut Ordines susceptos.

29. Moderna dispensationis Stylus videtur primitus respexisse homicidium involuntarium.

30. Quomodo hodie expediatur dispensatio super homicidio casuali, & perpetrato in defensionem vitæ.

31. Episcopus potest dispensare in homicidio non voluntario & occulto; & quòd sit non voluntarium.



I. Nter gravissima crimina reputatum fuisse homicidium sat constat; & quidem è tribus illis fuisse, ob quæ in aliquibus Ecclesiis, etiam in fine vitæ, absolutio negata fuerit, scilicet. Juxta S. Basilium Can. 56. Qui sua sponte inter-

fecit, & postea penitentiam ductus est, 20. annis Sacramentorum non communicabit. Viginti autem anni (ait sic in eo) dispensabuntur. Debet quatuor annis desistere stans extra fores Oratorii, & fideles ingredientibus rogans ut pro eo precetur, suam iniquitatem pronuntians. Post quatuor autem annos inter auditores recipietur: septem autem annis cum illis qui in substructione orant, egredietur. In quatuor annis solam stabit cum fidelibus, sed non erit oblationis participes. Iis autem expletis, erit Sacramentorum participes.

Et Can. 57. Qui non voluntariè interfecit, undecim annis Sacramentorum non communicabit. Undecim autem annis sic in eo dispensabuntur. Duos quidem annos deslebit, tres autem annos inter auditores perseverabit, in quatuor substratus, & anno solum consistet, & deinceps ad Sacramenta admittetur.

II. Cum itaque homicidii crimen adeò enorme, tantique temporis penitentia eluendum jam pridem visum fuerit, etiam in laicis, quis miretur, si ob hoc crimen laici à sacris Ordinibus exclusi, & Clerici ab eorum executione suspensi, imò & depositi fuerint? Idque ad normam præcepti divini olim populo Judaico insinuati Exodi cap. 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo evelles eum; quæ referuntur & quasi canonizantur in Cap. I. \S De Homicidio.

Quin & Canone 55. Sancti Basilii decernitur: Qui se latronibus adventos obijciunt, si sint quidem extra Ecclesiam, ab omni communione arcentur: Si sint autem Clerici, à gradu deponuntur.

III. Adeò nota atque vulgata fuit irregularitas ex hoc crimine resultans, ut cuidam Episcopo scribere non dubitaret Joannes VIII. apud Gratianum Distinct. 50. Can. 4. Miror

Miror minùs doctam scientiam tuam Sacerdotem putare, post perpetratum homicidium posse in Sacerdotio ministrare; immo (quod est ineptius) nobis suadere velle, ut ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tam que per verbi sensus, tale quiddam æstimaret, vel post quantamcumque penitentiam concedendum, cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo Sacerdotio privatus lachrymarum fonte flagitium, tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus, salutis possit invenire suffragium.

IV. Nec tantum homicidium per insidias & industriam seu animo plane deliberato ac voluntario, doloque malo perpetratum hanc irregularitatem jam pridem induxit; sed & illud quod ex quadam quasi necessitate & involuntarietate perpetratum erat.

Jam enim vidimus, quod juxta Canones à S. Basilio editos Clericus, qui se latroni obijciens, sive se defendendo occidit, à gradu deponatur.

V. Et ex Nicolao I. apud Gratianum Dist. 50. Can. 6. De his Clericis, pro quibus consulti, scilicet qui se defendendo, paganus occiderunt, si postea per penitentiam am emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiores concedere; scito nos nullam occasionem dare, nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganus occiderit, cum sibi consulti, si ab officio Sacerdotali recefferit: satiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo, damnabiliter in profundum demergi.

Ad hunc Canonem reflectens Joannes Dartis SS. Canonum in Academia Parisiensis Professor in commentario ad distinctionem quinquagesimam Decreti Gratiani ait. Clericus homicida non restituebatur, ne quidem si se defendendo, Paganum occidisset.

Consultus quoque seculo undecimo Hilbertus Episcopus Metensis à Sancto Ivone Carnotensi de Sacerdote, qui aliquem pro vitæ defensionem occiderat; an Sacerdotio impofterum fungi permittendus esset, respondit Hilbertus epist. 60. Non videtur Sacerdotem reum sanguinis oportere deinceps ministrare, quamvis emenda salutis necessitate te homicidium incurrerit. Concluditurque, quod si similis casus in sua Diocesi contigisset, ipse reum ad Apostolicam misisset audientiam.

VI. Ex Penitentiali Romano legitur in Cap. 2. \S De Homicidio: Si sine odii meditatione, te tuaque liberando, hujusmodi diaboli membra furem aut latronem (interfecisti secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid jejulare volueris, bonum est tibi: & elecemosynam fac largierit. Si Presbyter eadem fecerit, non deponatur; tamen quamdiu vivit, penitentiam agat.

VII. Quantumvis hic non deponatur Presbyter, qui ob vitæ suæ defensionem alium occidit; quia tamen vitæ suæ durante penitentiam agere tenetur, apparet quòd ab executione Ordinis Sacerdotalis tota sua vitæ, tamquam penitens abstinere debuerit; atque ita juxta præsentem disciplinam ex tali homicidio irregularitatem incurrerit; quamvis satis quoque constat, aliquid secundum indulgentiam jam cepisse circa hanc disciplinam relaxari.

Quando autem haec relaxatio cæperit certo statui nequit: quia ut rectè monet Ludovicus Thomassinus De Discipline Ecclesie parte 4. lib. 2. cap. 25. num. 10. hujusmodi libri penitenciales quotidie novas recipiunt pro temporum varietate, & disciplinæ mutatione addiones; adeoque certò sciri nequit, quo tempore hic articulus Penitentiali Romano fuerit insertus.

VIII. Deinde subjungit Thomassinus: Itaque dici potest, Papam Clementem V. fuisse primum, qui claris terminis decidit, hujusmodi occisorem non esse irregularem, in Clementia De Homicidio: Nullam (ait) ex hoc irregularem Van Elpen Jur. Eccl. P. II.

atem incurrit, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem.

IX. Quidquid sit, hoc sat constat, ex hac declaratione seu constitutione Clementis V. nullum præjudicium generari opinioni Theologorum, contententium, licitum non esse privata auctoritate occidere vitæ invasorem juxta illud Augustini lib. 1. De Civitate Dei cap. 21. his exceptis, quos vel lex justa generaliter, vel ipse fons justitiæ Deus specialiter occidi jubet, quisquis hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit homicidii crimine innectitur. Et epist. 47. De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium; nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate ubi etiam ipse est accepta legitima potestate, si ejus congruit personæ.

X. Id quoque expeditum est, hanc Clementis decisionem ultra casum expressum minimè extendendum; ideoque homicidium non pro defensionem vitæ, sed famæ, honoris, aut rerum temporalium hac Constitutione non comprehenditur; neque homicidam vi hujus Decretalis immunem esse ab irregularitate, uti satis bene probat Fagnanus; notatque omnes passim consentire, occidem pro defensionem rerum temporalium non evadere irregularitatem. Ad Cap. INTERFECIT \S De Homicidio.

XI. Glossographus ad citatam Clementinam ad verbum suum ait: Haec litera innuit, secus in illo, qui occiderit volentem occidere patrem, filium, conjugem, vel personam conjunctam, quam aliter juvare non poterat. Quod verum puto: quasi casus ille non includatur sub necessitate inevitabili, sed evitabili. Haec ille. Quæ quidem Glossa ferè ab omnibus recipitur, uti ex Navarro refert Fagnanus ad Cap. 24. \S De Homicidio num. 3.

XII. Quin et ipsa patriæ, imò & fidei defensionem concurreret, nequaquam tamen Clericorum arma fumentem & aliquem interficientem, ab irregularitate similis defensionis eximeret; quemadmodum sat aperte deciditur in Cap. 24. \S De Homicidio, ubi Honorius III. rescribit Pelagio Presbytero his verbis: Petitio tua nobis exhibita continebat, quòd cum inimici dominicæ Crucis, ac blasphemii nominis Christiani, castrum quoddam in quo morabaris, graviter invasissent: exeuntibus inde habitatoribus, tam clericis, quam laicis contra eos, ac vicem configentibus, hinc inde occisi quam plurimi extiterunt. Unde cum pro eo quod aliquos percussisti, irregularitatem metuis incurrisse: mandamus, quatenus si de interfectione cujusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet, à ministerio altaris abstineas reverenter: cum sit consultus in hujusmodi dubio abstinere, quam temerè celebrare.

Hic enim agebatur de necessaria patriæ defensionem, cum hostes castrum graviter invasissent; & tamen deciditur, Pelagium Presbyterum esse irregularem, si eum conscientia remordeat, quòd in conflictu aliquem occiderit. Ita Fagnanus ad citatum Capitulum num. 1. ubi latè ostendit, irregularitatem contrahi ex occisione in bello etiam iusto, & defensivo; modò tamen non tanta concurrat inevitabilis necessitas, ut concurrat necessaria defensionem propria vitæ atque sit casus expressus in citata Clementina.

XIII. Cum enim regula sit (ait) quòd irregularis efficitur, qui aliquem interficit, aut mutilat, nec ab hac regulamientis, & illius qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat invasorem, ut in dicta Clementina ita bimus regula, quamdiu non probatur exceptio.

Hac de causa Synodus Budensis celebrata per Philippum Episcopum Firmanum Sedis Apostolicæ legatum de assensu plurimorum Archiepiscoporum, Episcoporum aliorumque Praelatorum anno 1279. decrevit Can. 7. ne Clerici bellicis actibus se involvant vel implicent, nisi forte pro Ecclesiæ rum suarum, & patriæ defensione, non ad impugandum, vel propulsandum, sed ad defensionem tantum, si necessitas